

et mortalia seruoꝝ
et uolantibus celi
et uoꝝ bellis terræ
spulentur et erul
pectu dei delectet
Evōm. Nichil
quod nō uuelet
nūm. **Le**
io et uirtute uisti
mēs in corde **Sec.**
plebis tue
quas in honore
or felias et ad uic
mente celebrat. si
naat ad salute.
pro uob uice **Evōm**
et uirtute dicit dñs
auditis pōica
Evōm eple
numerib; sacis.
suis tuis i gra
semp actione
tu. **P. P. M. P. P.**
tempit. **Evōm**

ta ueneram iustis. int
cessions eius amabo.
apud miam tua manna
mur uocis **Evōm** ul
ape dñe sacrificiū placa
nomis et laudis quod uos
famulos tuos nitueme
te bō paulino et felloze
tuo. et poucat ad ueniam. et
remedia cōferat sempit
na **P. P. M. P. P.** **S** acumen
te dñe et gaudere optata
celebritate expletis q̄s.
ut bti paulum cōfessoris
tui p̄abus ad ueniam. au
sare de possessionis diei sol
lempniter exhibetur. **P. P.**
S. M. C. E. G. S. J. A. B. H. A. T. T. A.
s uisti meditantur
sapiam et lingua em
loquetur iudiciū lex dei eius
in corde ipius **ps** et loquuntur
lan i malignitatib; neq; re
lauens faciens i uirtute

Theol 4° 124.

XII
11

Carmen
IN GLORIOSAM RE-
SURRECTIONEM.
JESU CHRISTI
DOMINI NOSTRI

Scriptum

à

Joan. Friedrico Zittavio
Ibidem Senatore.

*Illumina DOMINE oculos meos, ne
unquam obdormiam in morte, ne quan-
do dicat inimicus meus, prevalui adver-
sus eum. Psal. 13.*

ZITTA VIÆ

Johan. Venator. Excudebat. Anno 1611.



13

✓ Friedrich, Joan.



Qui pro pace hominum cælo descenderat alto,
CHRISTVS HOMO-DEVS, hic
morti damnatur & orco,
Insons Ipse quidem, sed non pro fontibus insons,
Hic is Adamigenum patiendo restituit rem,
Hic is morte sua mortem delevit, & atram
Eumenidum sedem, atq; infamia regna Satânis,
Hic nunc illustri pompâ de funere surgit
Victor, de victis præcelso Marte triumphat,
Quo genus humanum immortalis pace beavit,
Maximus hic Princeps, & inenarrabilis Heros,
Non Tu Romanas acies, non spicula Graium
Fregisti, serpens animarum est heluo victus;
Tu caput es, primus surgis rediuisus in auras,
Et tecum tua membra vehis trans cœlica regna,
Nam veluti lapsu primi collabimur omnes,
Sic iterum **CHRISTI** virtute resurgimus omnes,
Pœna parata malis, sunt præmia parta probatis,

A 2

OMNI-

OMNIPOTENS dixit, quod $\text{\textcircled{S}}$ indubitabile verum,
Nasci, denasci, non sortis ludicrus error,
Sed DEVS est, qui vitam adimit, vitãq; reponit;
Attestatur idem cum sacro Codice, rerum
Cœlestis series, atq; inscrutabilis ordo;
Post tenebras Titan illustrat lampade terram,
Atq; hyemem sequitur teneri clementia veris,
Omnimodas rerum formas, quo terra recludit,
Quo putrefacta diu nunc semina sicca virescunt,
Quo sedes redi viva suas perquirat hirundo,
Atq; ut fama refert, Phœnice renascitur alter,
Et nostras animas aeterna idea fatigat,
Præteriti quã certa fides, quã cura futuri,
O homo, discè in te divina particulam auræ,
Corpus mortale est, anima immortalis, eam nos
Ne perdamus, erit Sapientia maxima mundo,
Cætera sunt hominum subitò peritura, videsne?
Undiq; ut impositi radiant cervicibus enses,
Lethiferum tenebris ut morbi virus oberrat,
Mista senum ac juvenũ densantur funera, nusquã
Nusquã tutus eris, magno nisi Principe CHRISTO,
Eruiat hic letho, meliori sede reponit,
Sidereos inter proceres, animasq; beatas.

Eiusdem.

Eiusdem.

In Symbolum Clariss.

& Amplissimi Viri.

D_N. SIGISM. KINDLERI

SYNDICI REIP. ZITTAV.

digniss.

DITAT SERVATA FIDES.

Vulgus inops mentis melioris, & indolis
altæ,

Et vim vēsanam, cuncta patrare putat,
Fallacemq; dolum, quo quis non plectitur
insons?

Omnia sic dubia stantq; caduntq; fide,
Conqueritur merito, nam sic insania mundi
Fermentescit iners, rara probata fides.

At qui scrutatur solers præscripta JEHOVÆ,
Et rerum variam pervidet historiam.

A 3

Inve-

Inveniet ditare Fidem, immutabile verum,
Collabat improbitas, exsuperat probitas.
J U S T I C I Æ lumen connivet, ad improba
facta.

Non dormit, vigilat, fors sua cuiq; ma-
net.

Ditatur servata Fides, punitur iniqua
Nequities, J H O U A M fallere nemo
potest.

Corrigit errantem, castigat more parentis,
Ultima cum primis jungito justus erit.
Sic K I N D L E R E tibi placeat candorq;
Fidesq;
Quæ ditat terris, quæ beat atq; polo.



Eiusdem.

Eiudem.

In Symbolum Clariss. Viri Dn.
MELCHIORIS HAUSI
Poëtæ ingeniosiss. & Scholæ Lau-
banæ Rectoris digniss.
JEHOVA DE ME COGITAT.

Terrifico tonitru ruat æther igneus, HAUSI,
Astræq; flammifero fulmine quassa crepent;
Spiret & hinc Boreas illinc niger imbribus Auster,
Præq; fragore fero contremat omne solum,
Misceat & Phalaris fraudes, & atrocia facta,
Orcus hians rabie frendeat ipse licet,
In cassum frendet, compescit JHOVA furentes,
Cogitat hic de me, quiq; tuetur erit
HAUSI, quid trepidas, tanto munimine tutus,
Quo tibi certa salus, quo tibi certa quies.

F I N I S.

Hinweise

28. Mai 1986

4. April 1990

Signatur 3 A 8348		Stok Pr
RS	Bub 25.9.81	AK Wi
	Titelaufn. Wi	AKB 26.10.

FK
 1 Ev. Homiletik } 15.4. 1986
 Anm. 2: dms.
 Anm. 3: Parapsych. 15.4. 1986

bx Bio K

Bild K

b.w.

b.w.

SWK



Sonderstandort

Signum

Ausleihervermerk

III/9/280 Jd G 80/77

